



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

VII. Martii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

S. Thomas Aquinas adhuc parvulus salutacionem Angelicam Chartæ inscriptam glutivit, quid mirum, quod vitâ & moribus Angelicus evaserit. Fæminam puritati suæ insidiantem titione fugavit, pro qua victoria donum è coelo castitatis accepit. *Ex vita.* Tutissime comescitur ignibus ignis.

O Doctor Angelice S. Thoma ora pro me, ut omnes cupiditatum ardores ignium æternorû memoria procul à me arceat; impetra mihi scientiam sanctorum, ut ita actiones omnes dirigam, ut audire à iudice aliquando merear. **Benè vixisti.** O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili &c. *fol. 2.*

Ad quod impetrandum: Si nomen Mariæ chartulæ inscriptum ad ostendendam Mariæ amoris famem hodie glutire non expedit, expediet eidem à Sanctissima Trinitate electionem & prædestinationem ad Maternitatem DEI gratulari.

O Magna! ô Pia! ô multum amabilis Maria! tu ne nominari quidem potes, quin accendas, nec cogitari quin recrees affectus diligentium te. *S. Bern. ser. Pan. ad B. V.*

Quæstio: An S. Thomas Deiparam sine Macula conceptam esse senserit? *v. passim Theologos.*

VIII. MARTII.